IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nomine recte censentur: Per suas cogna
tiones: que sunt continentie & obedi
entie afflictiones. SEQVITVR.
Salphaat. uo filio ephér: filii galaad.
filii machyr: filii manasse non erant
filii. sed sole filie: quarum sunt ista nomi
na: maala. & noa. egla. & melcha. &
thersa. Salphaath. umbra formidinis
interpretatur: per quem xpc dns designatur:
qui se ipsum in exemplum diuini timo
ris hominibus preponere non dedignatur.
Qui filius ephér: scribitur: qui pulvis vel
humilis dicitur: quia beata semper
uirgo MARIA. merito sue humi
litatis mater filii dei efficitur: sicut
ipsa in cantico suo loquitur: Quia re
spexit humilitatem ancille sue: ecce
enim ex hoc beatam me dicent omnes ge
nerationes. Ephér: filius galaad esse
memoratur: quod aceruus testimonii
interpretatur: quia xpc sub ueteris testa
menti constitutione de uirgine ge
neratur: Galaad. filius machyr scri
bitur: qui de infirmitate. uel restitutio
siue uenundabit dicitur: quia per in
firmitatem carnis a filio dei susceptam.
genus humanum sub peccato uenun
datum. pristine libertati restituitur:
Machyr: filius manasse scribitur: qui ne
cessitas dicitur: quo nomine obedien
tia exprimitur: quia xpc dns factus
est pro nobis obediens patri usque ad mor
tem: mortem autem crucis. Huic ergo sal
phaath. non filii. sed sole filie esse scri
buntur: quia ille anime in filiarum dei
numero asscribuntur: quarum uiscera
uere humilitatis & dilectionis suaui
tate emolliuntur: Filiorum enim uel potius
uirorum nomine superbi censentur: de quibus
scriptura loquitur: Isti sunt potentes a se
culo: uiri famosi. Quarum scilicet filiarum
ista sunt nomina: que interpretatione
sua dant uirtutum testimonia. Maala.
chorus. uel de infirmitate interpretatur:
quia ille anime sua conuersione socie
tatem fidelium expetunt. que per chorum
exprimitur: que se peccatorum suorum infirmi
tate grauari lamentantur: Noa. commo
tio dicitur: per quam uere penitentie satis
factio exprimitur: cui se ille anime addi
cunt: que sue infirmitatis uulnera recog
noscunt. Egla. sollempnitas. uel uitula
interpretatur: qua uite renouatio desig
natur: per quam anglis in celo leticia propagatur:
sicut ipsa in euglio uitas attestatur: Dico uo
bis: gaudium est anglis dei. super uno peccatore
penitentiam agente. De qua renouatione
psalmista loquitur. Renouabitur sicut aquile
iuuentus tua. Vitula quoque in sacrificio mactatur:
quia uere penitentium mortificatio. confessionis
diuine gloriam operatur. Melcha. regina dicitur: per quam
humilitas exprimitur: quia per conuersionem. per peniten
tie satisfactionem. per uite renouationem. fidelis
anima. ad humilitatis fastigium euehitur:
Thersa complacens dicitur: quia per uere humilitatis
subiectionem. fidelis anima creatoris sui
gratiam perfecte consequitur. Hec ergo filie in conspectu ele
zari sacerdotis. & iosue filii nun ueniunt.
qui uerum dei. uerumque uirginis filium in unitate
persone exprimunt: dum eundem dnm ihm xpm
creatorem & redemptorem suum. uera fide & dile
ctione excolunt. In conspectu principum ueniunt:
dum prophetis & apostolis. utriusque testamenti conditoribus
in sacre scripture obseruantia intendunt.